



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De luxuria & filiabus eius, cap. 92

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

& diabolus ita informauit illum scurrilitate verborum, vt ob loquacitatem oris sui, tam regibus, quam principibus sit multum acceptus: vocatur enim Henricus cognomento Fig. Susceptus à domino Gilberto Abbate in nouitiū, mox vt eum per cōfessionē cognouerat nigrum monachum fuisse, cappam illi mutauit in cucullam. Fertur etiam fuisse in ordine Præmonstratensi. Prius tamen, vt audiui, feminam se simulans, pro femina in claustrō quodam sanctimonialium susceptus, quasdam corrupit, & nonnullas impregnauit: nam vsque hodie histrionis officio fungitur, & fortè his peiora operatur. Hæc de gula sufficiant, quia ad vitium luxuriæ festino.

CAPVT XCII.

De luxuria.

Luxuria est, ex immundis desiderijs, lubrica & effrenata mentis & carnis prostitutio. Huius filia sunt amor sui, odium Dei, affectus presentis sæculi, horror vel desperatio futuri, precipitatio, inconstantia, inconsideratio, cæcitas mentis. Gradus luxuriæ sunt fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, contra naturam. Luxuria, sicut & gula, mala plurima operata est in mūdo. Luxuria diluuij permaxima causa fuit: ipsa pentapolim sulphure & igne consūpsit. Luxuria Ioseph sanctum incarceratione Num. 25 ipsa multos filios Israël in deserto prostrauit. Hoc factum est quando peccantes cum Madianitis initiati sunt Beelphegor. Luxuria Sampsonem fortissimū 1. Reg. 2. ligauit, infirmauit, exoculauit. Ipsa & filios Heli gloria sacerdotij simulque vita priuauit: Dormiebant enim cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostiū tabernaculi. Luxuria Dauid electum Domini, adulterum fecit & homicidam. Ipsa Salomonem infatu- 3 Reg. 11 ans, sapientissimum perduxit ad idolatriam. Luxuria Susannam condemnauit. Ioannem Baptistam de- Matt. 14 collauit. De luxuria dicit Dominus per Ozece: Omnes nequitia eorum in Galgal, id est in voluptatibus, quia ibi exosos habui eos. Dicit & Ioël de illa: Cōpu- truerunt iumēta in stercore suo, id est, in fæctore luxuria. Behemoth, secundū Iob, dormit in locis humē- tibus,

ribus, id est, in luxuriosis. In Euangelio duobus se excusantibus, is qui vxorē duxit, superbè respondit, dicens: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. *APOLLONIVS: Quid est quòd Dominus in Euangelio aperte prohibet gulam, & figuratiuè luxuriam? De illa dicit: Videte ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate. De ista verò: Sint lumbi vestri præcincti. CAESARIVS: Nouerat creator totius naturæ, de gula luxuriam oriri, illiusque fomentis nutriri: Genitalia ventri coniunguntur. Ac si diceret Dominus: Ne fias luxuriosus, gulæ indulge parcius. Sine Cerere & Bacco friget Venus. Tria sunt quæ fomenta luxuriæ inflammant, victus immoderatus, vestitus pretiosus, otiositas. Hæc tria propheta fuisse dicit iniquitatem Sodomæ, videlicet saturitatem panis, id est, gulam: superbiam vitæ, scilicet superfluitatē vestium, per quā libido prouocatur: & otium ipsius & filiorum & filiarum eius. Multa mala, vt dicit Salomon, docuit otiositas. Dauid propter otium peccauit cum Bersabæ. Vnde quidam ait: Otia si tollas, periëre Cupidinis arcus. Mala bestia est luxuria, castitatis impatiens, nulli sexui parcit, vix aliquem quiescere sinit: excitat dormientes, concitat vigilantes, nunc per motus naturales, nunc per cogitationes, nunc per formas oculis subiectas. Tentat incipientes, tentat proficientes, tentat perfectos. APOLLONIVS: Satis audiui luxuriæ pericula, audiui & contra illam medicamenta, nunc precor vt subjungas exempla. APOLLONIVS: Non de illis dicere volo, qui luxuriæ cõsentientes ceciderunt, sed qui ab ea tentati & conquassati, Dei gratia conseruati sunt.*

CAPVT XCIII.

Miles quidam diues & honestus, more ecclesiastico ab vxore sua separatus, ad quamdam domum ordinis nostri, gratia conuersionis, venit, cui ònia sua cõtulit tali pacto, vt domus eadem vxori, quoad viueret, certam assignaret pensionem, quæ in loco religioso vitam promiserat ducere religiosa. Nolo nominare domū siue militē, ne

Q3

fortè

*Luca 14.**Luca 21.**Luca 12.**Isidor. l. 2.**de sūmo**bon. c. 42.**Hierō in**cap. 1. ad**Titum.**Terēt. in**Eunuch.**Ezech. 6.**Ecc. 33.**2. Reg. 17**Quid. li. 1**de amore*